

simè Fafar. de fideicommiss. 9.485. per totam. ubi per ampliaciones & limitationes rem fuisse ex- plicat, illum videas, & Canc. sup. num. 6. & no- vissimè Salgad. in labyrinth. cred. p. 2. c. 2. s. ex n. 1. ubi quando nepos egeat representatione in suc- cessione avi, & an teneatur creditoribus patris.


38 Licet autem in linea recta descendenti in infinitum representatio admittatur, ut jam dic- tum est; tamen inter collaterales ea solum con- ceditur filiis fratrium, & non ulterioribus, ut docet noster Gomezius hic, versiculo Quinto & principaliter, & jam diximus supra: docet etiam idem Gomez. in leg. 8. Tauri, num. 18. ubi etiam Tellus Fernandez n. 5. Matienzo in leg. 5. tit. 8. lib. 5. n. 14. & 17. Azaved. idem, n. 2. & in l. 5. tit. 7. n. 3. Pichardus ubi supra, dist. 2. num. 23. ubi infert cum nostro Gome- zio in dist. l. 8. Tauri, num. 15. quod si defunctus non relinquat fratrem, sed patruum, vel avunculum & filium fratris, admitteretur iste ad successionem illo excluso; quia per repræ- sentationem intrat in locum patris, Cevallos, rom. 3. q. 761. n. 156. ubi n. 12. probat quod jus representationis in specie divino procedit, & 9. 779. n. 46. Spin. in spec. gloss. 1. n. 48. & alij congesti à Cornejo in addi. ad nostrum Gomez. in d. l. 8. Tauri, n. 18. Menoch. de pres. 95. lib. 4. n. 8. & seq. D. Joannes del Castillo, ubi supra Canc. variar. 1. part. cap. 5. num. 7. & seq. & num. 5. & seq.

Et addit ipse Gomezius in d. l. 8. n. 12. & 14. quod si aliquis decedat ab intestato, relictis filiis ex duobus fratribus jam defunctis, tunc prædicti filii fratrum licet soli inter se concurrant, non succedunt in stirpes, sed in capita, & hoc dicit practicandum in hoc Regno, ex l. 5. tit. 13. part. 6. licet contraria opinio, quam ibi ipse latissime exornat sit pura veritas; & circa hanc questionem videndi sunt Covarr. in epit. success. n. 7. & 8. Molina de primog. lib. 3. c. 7. num. 21. & 22. & Matienzo. in leg. 5. tit. 8. lib. 5. gloss. 1. num. 19. Parlad. lib. 2. quotidian. c. 15. quos refert Cornejo in additione ad dictam leg. 8. Tauri, ad n. 14. qui etiam addit, quod si quis decederet relicto patruo vel avunculo, & alterius patris filii, hoc est, Primos hijos to- dos de hermanos, Patruus præferri debet, ex leg. avunculo, Cod. communia de successioneibus, pro quo etiam refert Parlador. supra.

29 Licet autem regula sit, quod representatio in collateralibus non extendatur ultra fratrum filios, ut jam supra dictum est; hoc tamen non habet locum in majoribus; in eis enim repre- sentatio in infinitum extenditur, ut tenet Azave- dus in l. 5. tit. 7. lib. 5. Recop. num. 2. & l. 5. tit. 8. eodem lib. refert Matienzo Costam, Covarr. & Molin. qui id optime probant contra nostrum Gomez. d. l. 8. Tauri, & Greg. & alios, & gene- raliter de representatione in majoribus, præter Molin. sup. cap. 6. & seq. commendo Pichardum in dicta materia de successioneibus, quam ponit in principio Instit. de hereditatibus qua ab in- testato, in §. 3. per totum, ubi latè agit de mate- ria, leg. 4. Tauri, & in §. 2. num. 14. & vide etiam Morquech. de divisione bonorum, lib. 1. c. 6. n. 52. & 62. & D. Larr. decis. 51. Gramatenf.

30 De successione transverfalium se remittit nos- ter Gomez. ad l. 7. & 8. Tauri, & præter eum videri possunt Cardinalis Tusch. lit. S. concl. 862. latissime, & plures, quos refert Matienzo. in l. 4. tit. 8. lib. 5. Recopit. glossa 1. & in lege 1. eodem titulo, gloss. 2. n. 4. & idem Matienzo. in

l. 5. tit. eod. gloss. 1. n. 1. & seq. Crass. recepr. tit. de successioneibus. ab intest. Molin. de iustitia. tom. 1. disp. 164 Rojas, in epitome successioneibus, cap. 32. Morquecho de divisione bonorum, lib. 4. cap. 7. Osuald. ad Donel. lib. 9. cap. 1. Mantica de con- jectur. ultimar. volunt. lib. 8. tit. 13. ubi de fra- tribus utrinque conjunctis præferendis, de quo etiam Parladorius differentia 92. & Andreas Fa- chineus controvers. juris, l. 6. cap. 5. & sequent. ubi multa de successione fratrum, Barbos. in leg. si post dotem, ff. soluto matrimonio, n. 70. & 71. Garcia, de nobilitate, gloss. 10. ubi de hac materia, Didacus Gomez Bayo in quest. 126. Angulo, in leg. 11. glossa 5. tractatu de meliora- tionibus, ubi de fratribus, & sobrinis. Iterum Parlador. rom. 3. quest. 8. & de natis ex coitu damnato, an succedant collateralibus, & e con- tra, Andreas Fachineus sup. lib. 6. cap. 10. & Matienzo dicta leg. 5. tit. 8. & latissime de hac successione Pichard. in dicta materia de successio- nibus quam ponit in principio Instit. de heredi- tatibus qua ab intestato, Petrus Gregor. in syntag- ma. lib. 45. cap. 11. & sequent. latè vide supra, num. 21. versicul. Quartus effectus poterit esse, & Cancerium, variar. 1. part. cap. 5. ex n. 23. 38. & seq. & Merlinum, de legi. tit. 2. q. 13. lib. 1.



CAPUT II.

De successione universali ex Testamento.

SUMMARIUM.

- 1 Heres potest institui unus: possunt & plures.
- 2 Institutio omnium hominum de mundo an sit valida.
- 3 Quando testator instituit heredes, unum de per- te, alios collectivo modo, qualiter succedant.
- 4 Quando testator instituit plures heredes collecti- vo modo, inter quos cadit ordo charitatis & natura, qualiter succedant.
- 5 In qua parte testamenti sit ponenda heredis institutio.
- 6 Institutio heredis, quæ demonstratur heres signo indubitabili valet licet nomen non scribatur.
- 7 Quando lex vel statutum requirit pro forma ex- pressionem nominis, an sufficiat demonstrare per equipollens.
- 8 Heres an possit institui ex certo die, vel tempore vel usque ad certum diem, vel tempus.
- 9 Si testator instituat usque ad certum tempus unum universali heredem, & ex illo tempore alium, an valeat talis institutio, & qualiter succedant.
- 10 Si testator instituat Titium heredem usque ad certum tempus, hoc addito, ut ulterius non possit esse heres, an valeat institutio.
- 11 Heres an possit institui ex die, vel tempore incerto.
- 12 Heres an possit institui sub conditione.
- 13 Heres institutus sub conditione, an aliquo juris remedio possit conditione pendente, hereditatem consequi.
- 14 Perita bonorum possessione facti, an adveniente conditione heres habeat necesse petere bonorum possessionem juris.
- 15 Si unus heres instituitur patre, alius sub condi- tione, quis ipsorum in parte conditionalis est presentandus conditione pendente.

Propo- sitio.

OPPORTUNE tamen & necessario subfe- quenter quæro de successione universali ex testamento. In qua principaliter dico, quod modò testator instituat unum, modo plures, valeat talis institutio universalis in legitimo & solemnè testamento in scriptis vel nuncu- pativo; nam licet voluntas, & dispositio tes- tatoris videatur collata in tempus, quo non est futurus dominus & sic post mortem valet dis- pensativè talis dispositio. Textus est in l. 1. de sacro sancti. Ecclesi. & ibi communiter Doctores Textus in l. 1. & per totam ff. de hered. instit. Textus in l. 1. & per totum. C. eod. tit. utrobique communiter Doctores. ex quo titulo sequuta postea additio heredis, sine aliqua apprehensione bo- norum, transiit ipso jure dominium in ipsum hæ- redem, ut in l. cum heres ff. de acquir. pos. cujus verba sunt: Cum heredes instituti sumus, adit heredi- tate, omnia quidem jura ad nos transeunt. Et ibi DD. Textus in l. 1. & per totum ff. de post. hered. & in l. 1. & per totum. C. eod. tit. ex quo inferitur quod licet in contradicibus modo agatur de alienatione omnium rerum & bonorum, nunquam transeat dominium sine traditione vel apprehen- sione, in l. traditionibus. C. de pactis, & latius dixi suo loco: tamen in successione universali ex testa- mento vel ab intestato, bene transit dominium ex solo titulo, secuta additio.

2 Pulchr. Pubium.

Pulchrum tamen dubium est, an possit testator instituire omnes homines & personas de mundo, simpliciter & absolutivè dico, & teneo, quod non, & dato quod talis institutio in rigore & subst- antia mero jure valet, tamen infirmatur & vi- tiatur propter impossibilem additionem. Ista b. est Gloss. singularis & unica in §. & unum instituit. de hered. instit. quam ibi tenet & sequitur Barr. Jac. de Aret. Petrus de Bolla per. Faber & Jas. in ad- dit. ad Clar. tenet etiam Paul. de Cast. in l. captato- rias C. de testamen. 2. col. & illam Gloss. reputat singularem & unicam Joan. de Imol. in l. captato- rias ff. de hered. instit. 5. col. pro qua sententia & conclusione ultra Gloss. & Doctores: Primo facit, quia dispositio per quam redditur impossibile aditio hereditatis, non valet juxta notata in l. sti- pulatio hoc modo concepta, ff. de verbis obligat. Secundo, quia pro forma & validitate testamenti requiritur, quod testator exprimat nomen, vel nomina heredum, vel eos demonstrat indubitabi- li signo text. est in l. quoties si quis nomen ff. de hered. instit. text. in l. jubemus C. de testam. cum semel. quod in nostro casu fieri possit. Tertio quia si hereditas dividatur inter omnes homines de mundo, licet esset opulentissima, redigeretur ad nihilum, & sic talis institutio esset inutilis & illusoria, argumento, text. in l. cum vult §. gener. ff. de jure dot. & istam sententiam & conclusionem teneo licet contrarium expresse teneat Nicol. de Neapol. & Angel. de Aret. in dicto §. & unum & Joan. de Imol. in d. l. captatorias, ff. de hered. insti- col. in fin. Imò quod institutio valeat & confirme- tur additione unius hominis de mundo, & alio non adente tota hereditas sibi pertineat, alio verò, vel aliis postea aduentibus acquiratur sibi vel ejus pars, secundum numerum eorum, argu- mento text. in l. si nemo ff. de testam. \* Vel alie- ter posset dici quod hoc casu censentur institui Reges qui dominantur gentibus, sicut quando filius instituitur, qui acquirit patri, vel servus instituitur qui acquirit domino. Sed his non obstantibus semper tenui & teneo quod institu- tio sit nulla. \*

3

Item principaliter quæro, si testator instituit

plures heredes: unum simpliciter & de per se: alios verò collectivo modo, qualiter isti heredes admittantur, & succedant. In quo articulo resolu- tivè dico, quod ille unus censetur institutus in dimidia parte totius hereditatis, alii verò om- nes in alia dimidia: quia habentur loco unius, text. est in l. interdum ff. de hered. instit. ubi dicitur, quod si testator instituit Titium heredem & filios fratris sui, Titius habeat dimidiam & filii fratris aliam dimidiam & ibi notat Gloss. ordinaria & communiter Doctores, text. in l. Titius eod. tit. text. in l. Titius heres, esto, eo tit. ubi si testator simpliciter & de per se instituit Titium heredem in una portione, & Scium Mevium in alia di- cendo, Titius heres esto, Scius & Mevius heredes sunt: Titius habet dimidiam, partem hereditatis Scius & Mevius aliam dimidiam, text. in l. pater filio infra isto titulo de vulg. & pupil. text. in l. si quis Titio ff. usufruct. accresc. & ibi notat & commendat Gloss. ordinaria, Bar. Alb. Bal. & communiter Doct.

Quæstio prin- cipalis.

Limita

Quam tamen sententiam & conclusionem, limita & intellige. Primo modo, ut procedat & habeat locum, quando illi plures heredes sim- pliciter vocantur nomine collectivo, secus tamen est, si per testatorem adiciatur aliqua dictio, per quam videatur eos æqualiter conjungere; ut si dicat quod omnes æquè vel æqualiter heredes sint, quia tunc omnes simul succedunt viriliter, text. in d. l. interdum ff. de hered. instit. ibi Gloss. ordi- naria & communiter Doct. Secundo limita & intellige, præterquam si in institutione est positum aliquod verbum distributivum, ut si testator dica- t, Titius sit mihi heres, & quisquis, vel qui- libet ex filiis fratris mei, vel alterius tertij iam probat text. in l. fin. C. de & impub. alius substit. ubi, si pater & filium impubertem & similiter alios instituit heredes, & postea fecit substituo- nem pupillarem dicendo, si filius impubes dece- dat, quisquis sibi erit heres, & Titius sit substi- tutus, mortuo filio impubere omnes heredes ipsius patri, æqualiter & viriliter succedunt per substitu- tionem pupillarem. Tertio limita & intellige, præ- dicta sententia & conclusio procedat, & ha- beat locum, quando isti heredes vocati nomine collectivo, erant nati. Itaque testator potuit de eis cogitare, & particulariter nominare: secus verò, si non erant nati, ut si testator instituit Ti- tium heredem & posthumum vel posthumos nas- cituros ex tali muliere, nam si plures nascantur, omnes æqualiter & viriliter succedunt cum Titio nominato, text. est singularis in jure in l. qui- dam relegatus §. fin. cum l. sequenti ff. de reb. dubijs, & ad hoc notat & commendat ibi Dyn. Bartol. Paul. & communiter Doct. Illum text. reputat singularem Paul. in l. fin. C. de impub. & aliis 2. col. & ibi Jas. pen. col. advertendum tamen, quod ille text. clarè procedit quando testator vocavit posthumum in singulari secus verò quando vocavit posthumos in plurali: quia tunc omnes simul nati, loco unius habentur, quia nomine collectivo vocati vocati: & testator de pluribus jam cogitavit, & videtur cessare superior ratio; ta tenet & declarat Paul. de Cast. in d. l. quidam relegatus §. fin. summè commendando, & sequitur Philip. Dec. in l. fin. de impub. & aliis, pen. col. & ibi Currius 4. col. sed contrarium, & melius tenet idem Paul. de Cast. in l. inter- dum ff. de hered. instit. 2. col. imò, quòd modo loquantur in singulari: modò in plurali, omnes posthumi æqualiter & viriliter succedunt cum

Limita

Limita

C alio

alio hærede instituto, & idem tenet Socin. non al- legando Paul. in d. l. quidam relegatus, in fin. ff. de reb. dub. quam opinionem sequor, atenta superi- ori ratione. Quartò limita & intellige, ut præ- dicta sententia & conclusio procedat, & habeat locum, præterquam si bona à testatore relicta prohibentur alienari, ita probat text. subtilis in l. Lucius Titius, tit. i. ff. de leg. 2. ubi testator lega- vit prædium Sciz alumnae ejus, & libertis & libertabus suis, collectivo modo: & prohibuit alienari, illud prædium pertinet omnibus aqua- liter & viriliter quia ex hoc colligitur habuisse patrem affectionem ad omnes, & ad hoc illum text. notat & commendat ibi Gloss. ordinaria Dyn. Bartol. Ald. Paul. & communiter DD. idem Bart. & communiter alii DD. in l. fin. C. de imp. & aliis subsist. & in l. si mulieri ff. de usu fruct. accersita Bartol. in d. l. Gallus §. quidam recte. ff. de lib. & posthum. 2. volum. vers. sed contra prædicta, & ubi Angel. 2. colum. num. 3. Imol. 3. col. & communi- ter Moderni. Sextò & finaliter limita, & intelli- ge prædictam sententiam & conclusionem, ut procedat, & habeat locum, præterquam si con- currat necessitas instituendi præcisa, vel causa- tiva, ne rumpatur testamentum, quia tunc bene intelliguntur vocati ordine successivo, & sic prius censetur vocatus filius, & eo mortuo in vita patris, censetur vocatus nepos, secus tamen si aliquid horum cessaret, secundum prædictos Doctores ubi supra: ex quo primò infero, quod si testator instituat Titium extraneum heredem, & ejus filios omnes simul videntur vocati & in- stituti; scil. Titius in dimidia & ejus filii in alia dimidia, arg. text. in d. l. interdum, ff. de hered. inst. & in terminis ita tenet Imol. in d. l. Gallus §. qui- dam recte. 3. col. ff. de lib. & posthum. & ibi alii Doct. præcipue Jaf. 8. colum. §. 4. quod tamen in- tellige nisi testator referat se ad filios, tanquam heredes, ut si dicat, instituo Titium extra- neum, & ejus filios, heredes: quia tunc vide- tur eos vocare ordine successivo, ut primò ad- mittatur Titius, & post mortem ejus admittantur ejus filii & heredes ex mente & voluntate de- functi, cum vivus non habeat heredes, ita Bar- tol. in d. l. Gallus §. quidam recte. 2. colum. num. 7. ibi Aug. 2. col. Imo. 3. col. & Jaf. 8. col. num. 35. Secundo infero quod si testator instituat fra- trem, & ejus filios, omnes statim admittantur, & frater habebit dimidiam partem hereditatis; filii verò aliam dimidiam, ita Bald. in d. §. quidam recte. 2. colum. Imol. 3. colum. Jaf. 6. col. Bal. in l. fin. C. de impub. & aliis colum. fin. idem Bald. in l. si quis heres. §. fin. ff. de acq. hered. idem Bald. in l. si mulieri ff. de usu fruct. accers. & est vera & communis opinio; licet Bart. teneat contrarium in d. §. quidam recte. 2. col. Tertio infero, quod si testator instituat filium heredem, & nepotes ex alio filio mortuo, simul vocantur, quia inter eos non cadit ordo affectionis, vel necessitatis. Quartò infero quod si testator per viam legati vocaret filium & nepotem, vel nepotes ex eo si- mul, admittentur non ordine successivo, quia tali casu cessat ordo necessitatis, vel ruptura tes- tamenti, ita Imol. in d. §. quidam recte 3. colum. Quintò infero, quod si testator fecit legatum, vel prælegatum filio ultra legitimam sibi relictam, & similiter vocavit ad illud legatum filios, vel nepotes ex alio filio mortuo, simul censetur vo- cati, & non ordine successivo, secundum eisdem Doct. Sextò & finaliter infero, quod si testator instituat filium, & unum ex nepotibus ejus, vi- detur eos simul, & statim vocare, non verò ordi- ne successivo: quia cessat prædicta ratio & con- jectura, cum alios nepotes ejusdem filii prætere- rit. Sed dubium subleat esse, quam partem ha- beret iste nepos hoc casu, cum potuit avus eum in tertio, & quinto meliorare per leges Tauri & magistraliter, & resolutivè teneo, quod filius censetur institutus in omnibus bonis; tan- quam in legitima ejus, & nepos censetur vocatus in quinto: quia cum expressè non sit melioratus, censetur pater & testator filium instituisse in tota & integra legitima

Limi. 4.

Limi. 5.

4

ejus filios, per aliquam dictionem conjunctivam vel unitivam, ut si dicat, instituo filium meum una, vel simul, cum ejus filijs, quia tunc om- nes statim simul admittuntur ex tacita voluntate defuncti: argu. text. in l. fin. C. de impub. & aliis subsist. & in l. si mulieri ff. de usu fruct. accersita Bartol. in d. l. Gallus §. quidam recte. ff. de lib. & posthum. 2. volum. vers. sed contra prædicta, & ubi Angel. 2. colum. num. 3. Imol. 3. col. & communi- ter Moderni. Sextò & finaliter limita, & intelli- ge prædictam sententiam & conclusionem, ut procedat, & habeat locum, præterquam si con- currat necessitas instituendi præcisa, vel causa- tiva, ne rumpatur testamentum, quia tunc bene intelliguntur vocati ordine successivo, & sic prius censetur vocatus filius, & eo mortuo in vita patris, censetur vocatus nepos, secus tamen si aliquid horum cessaret, secundum prædictos Doctores ubi supra: ex quo primò infero, quod si testator instituat Titium extraneum heredem, & ejus filios omnes simul videntur vocati & in- stituti; scil. Titius in dimidia & ejus filii in alia dimidia, arg. text. in d. l. interdum, ff. de hered. inst. & in terminis ita tenet Imol. in d. l. Gallus §. qui- dam recte. 3. col. ff. de lib. & posthum. & ibi alii Doct. præcipue Jaf. 8. colum. §. 4. quod tamen in- tellige nisi testator referat se ad filios, tanquam heredes, ut si dicat, instituo Titium extra- neum, & ejus filios, heredes: quia tunc vide- tur eos vocare ordine successivo, ut primò ad- mittatur Titius, & post mortem ejus admittantur ejus filii & heredes ex mente & voluntate de- functi, cum vivus non habeat heredes, ita Bar- tol. in d. l. Gallus §. quidam recte. 2. colum. num. 7. ibi Aug. 2. col. Imo. 3. col. & Jaf. 8. col. num. 35. Secundo infero quod si testator instituat fra- trem, & ejus filios, omnes statim admittantur, & frater habebit dimidiam partem hereditatis; filii verò aliam dimidiam, ita Bald. in d. §. quidam recte. 2. colum. Imol. 3. colum. Jaf. 6. col. Bal. in l. fin. C. de impub. & aliis colum. fin. idem Bald. in l. si quis heres. §. fin. ff. de acq. hered. idem Bald. in l. si mulieri ff. de usu fruct. accers. & est vera & communis opinio; licet Bart. teneat contrarium in d. §. quidam recte. 2. col. Tertio infero, quod si testator instituat filium heredem, & nepotes ex alio filio mortuo, simul vocantur, quia inter eos non cadit ordo affectionis, vel necessitatis. Quartò infero quod si testator per viam legati vocaret filium & nepotem, vel nepotes ex eo si- mul, admittentur non ordine successivo, quia tali casu cessat ordo necessitatis, vel ruptura tes- tamenti, ita Imol. in d. §. quidam recte 3. colum. Quintò infero, quod si testator fecit legatum, vel prælegatum filio ultra legitimam sibi relictam, & similiter vocavit ad illud legatum filios, vel nepotes ex alio filio mortuo, simul censetur vo- cati, & non ordine successivo, secundum eisdem Doct. Sextò & finaliter infero, quod si testator instituat filium, & unum ex nepotibus ejus, vi- detur eos simul, & statim vocare, non verò ordi- ne successivo: quia cessat prædicta ratio & con- jectura, cum alios nepotes ejusdem filii prætere- rit. Sed dubium subleat esse, quam partem ha- beret iste nepos hoc casu, cum potuit avus eum in tertio, & quinto meliorare per leges Tauri & magistraliter, & resolutivè teneo, quod filius censetur institutus in omnibus bonis; tan- quam in legitima ejus, & nepos censetur vocatus in quinto: quia cum expressè non sit melioratus, censetur pater & testator filium instituisse in tota & integra legitima

Limi. 6.

5  
Hæres institutio in qua parte fit testamen- ti.

Opt. aut

Levis solemnitas, que dicatur.

6  
Hæres institutio.

quæ consistit in omnibus bonis excepto quinto. Item principaliter quero, in qua parte testa- menti ponatur hæres institutio. In quo articulo resolutivè dico, quod de jure antiquo require- batur poni in capite testamenti, text. est in l. i. ff. de hered. instit. text. in §. ante heredit. Instit. de le- gatis, tamen hodie sufficit, quod ponatur in prin- cipio, vel in medio, vel in fine, vel in quali- bet alia parte testamenti, text. est in Lambiguari- is, de text. text. in l. pratori, eod. tit. text. in d. §. ante heredit. Inst. de leg. & communiter hodie, de communi stylo tabellionum, semper ponitur institutio in fine testamenti, post omnia legata & fideicommissa, secundum Bald. in l. hac consulti- sima, C. qui testam. facere poss. 2. colum. num. 6. & secundum Paul. Imol. & alios in l. i. de hered. inst. quod d. tamen limita & intellige, præterquã in testamento cæci, quia in eo requiritur pro forma, quod hæres institutio ponatur in prin- cipio, & capite testamenti, ita probat text. in l. hac consulti- sima C. qui testam. fac. poss. vers. deinde, exprimat nomina heredum, & ita tenet ibi Pe- trus Cin. Bar. Albe. Ricar. Ma. & Fulg. Ang. de Aret. in §. ante heredit. Instit. de legatis, idem Ang. in §. cæcus, Inst. quib. non est permitt. fac. tes- tamen. & idem videtur probare l. 14. tit. i. §. par. Sed ego teneo contrarium, imò quod etiam in testamento cæci possit fieri institutio, qualibet parte testamenti. Primò quia prædicta lex, hac consulti- sima; & prædicta lex, parti, non continet causam finalem, nec ordinem necessarium pro forma, sed solummodo modum testandi apud ve- teres: qui semper institutionem hæresis præfere- bat. Secundo quia sequetur, quod cæcus non posset facere codicillos ante testamentum quod falsum, ut in §. non tantum Instit. de codic. Tertio quia omisso levis solemnitas non debet vitare actum ut in l. §. fin. ff. de ventre inspiciendo, & illa dicitur levis solemnitas quando non est ra- tione munita, vel quando ejus omisso facti sub- stantiam non mutat, vel quando ejus omisso est nullus, vel modici præjudicii. Argumento textus in l. Gallus §. i. ff. de lib. & posthum. & in l. cum pater, §. fidei tua ff. de leg. 2. & tenet ele- ganter Bald. in d. l. hac consulti- sima, 2. colum. num. 6. & Bart. in l. i. §. si plures, ff. de exercit. 2. tenetur a pen. colum. n. 13. post Oldr. & antiquos idem Bartol. in l. fin. §. vero postquam, C. de jur. delib. & in aliis Doctores. Quartò quia textus in d. §. ante heredit. appellat vitium requirere, quod institutio fiat in capite testamenti, ergo non est dicendum, quod Imperator Justinianus illud approbet in testamento cæci. Quinto, quia so- lemmitates testamentorum sunt inventæ, ne fal- sitates committantur: sed ista non evitantur ex eo, quod institutio ponatur magis in una parte, quam alia, ergo & Sexto & ultimo, quia in dubiis opinionibus tenenda est alia, quæ favet tes- tamento, ut in l. fin. pars, ff. de inoff. testam. & in terminis istam sententiam & conclusionem, quod in testamento cæci possit fieri institutio in quali- bet parte testamenti tenet Bald. in d. l. hac consul- tissima, Cod. qui testam. fac. poss. 2. colum. num. 9. & ibi Paul. Rom. Alex. Corn. & Jaf. & istam par- tem ego teneo, & ab ea non recedem in judi- cando & consulendo.

servato, C. de testam. an sufficiat declarare hæ- redem signo indubitabili: & resolutivè teneo, quod sic textus est in l. quæres, §. si quis nomen, ff. de hered. instit. cujus verba sunt: Si quis nomen hæresis idem non dixerit, sed indubitabili signo eum demonstraverit, quod penè nihil à nomine distat: non tamen quod contumelia cau- sa solet addi, valet institutio, & ad hoc nota- ibi Gloss. ordinaria Bart. Bald. Angel. Imol. per textum in l. nemo dubitet, eod. tit. ubi si testator dixit; hic mihi hæres esto, valet institutio, si erat præsens, licet ejus nomen non exprimat, textus in l. 2. ff. de lib. & posthum. cum similibus, ubi habetur quod unicus filius potest per patrem exheredari, non expresso nomine, text. in l. 1. in fin. ff. de dor. pral. cum similibus ubi habetur, quod supervacua est demonstratio, quando de corpore constat. Bart. in l. si certum, ff. si cert. per. dicitur, quod illud dicitur certum, quod exprimitur suo proprio nomine, vel tali demonstra- tione, quæ nominis vice signatur, text. juncta Gloss. ordinaria in l. hac consulti- sima, vers. deinde; in verbo, in indigna, Cod. qui testam. fac. poss. ubi dixit Gloss. quod si testator instituat Gallum præsentem qui fuit Bedellus universitatis, & erat unus tantum, valet institutio, licet nomen non exprimat: & ibi notat Bart. Cyn. & communi- ter DD. & idem probat l. 10. & 11. tit. 3. 6. parte.

Et ex his redditur valde dubia, & difficilis doctrina, & theoria Bald. in l. i. ff. de lib. & posthum. 1. colum. quem sequitur ibi Imol. Paul. Aret. Alex. Jaf. & communis opinio Doctor. Angel. Imol. & communiter DD. in l. quæres. §. si quis nomen de hered. instit. ubi dicit, quod quando lex, vel statutum requirit expressionem nominis pro forma in aliquo actu, non sufficit demonstrare per æquipollens, vel signo indubi- tabili: quia forma dat esse rei, sine qua actus corrui, textus est in l. cum hi, si prator aditur ff. de transact. text. in leg. constitutionibus ff. ad exhibend. text. in §. Julianus, l. sed si quis, si ad exhibend. text. in l. Divinus, ff. de integr. restit. text. juncta Gloss. singulari in l. ad testam. §. con- ditionem, in gloss. magna, in fin. ff. de testib. text. in l. qui per salutem, ff. de iurejurand. text. in l. cum antiquitas, §. cum autem, Cod. de testam. Imò in dubio, quando per legem vel statutum annul- latur actus, si aliter fiat tunc non sufficit impleri per æquipollens: quia semper intelligitur, quod lex statutum ponit illud pro forma & solemnita- te; & magis debet attendi forma legis, quam ratio ejus pro cuius declaratione & solutione dico, quod quoniam lex, vel statutum simpliciter requirit expressionem nominis, rei vel personæ, principaliter causa demonstrationis, & certitudi- nis: non verò pro forma, & solemnitate actus, tunc bene valet actus, & ita procedat text. in d. leg. quæres, cum similib. ff. de hered. instit. Si verò lex, vel statutum principaliter requirit aliquam expressionem vel solemnitatem pro forma sub- stantiali, tunc non sufficit eam adimplere alio modo, vel per æquipollens, sed in specifica forma legis debet adimpleri. Et ita procedit text. in d. l. cum hi, §. prator aditur, de transact. cum similib. & ita in terminis tenet & declarat Bald. & com- munis opinio in d. l. i. ff. de lib. & posth. Sed ad- vertendum quod ista doctrina, & communis solutio Baldi aperte est falsa, quia jura nostra ex- pressè requirunt pro forma quod testator exprimat voce sua, vel scriptura nomen hæresis pro validitate testamenti: imò ulterius procedit lex, annullando

7.  
Istia doctrina Bald.



pertinebit alteri coheredi, virtute juris accrescendi, si vero testator instituit unum heredem pure in dimidia parte hereditatis, in alia vero dimidia instituit eundem, & alium coheredem, sub conditione, primus heres pure institutus, si adhibe dimidiam partem hereditatis pure relictam, statim etiam poterit consequi partem alterius dimidie conditionalis, sibi contingentem, quia in omnem eventum eam est habiturus, in alia vero parte, quae tangit alium coheredem, expectabitur conditio. & si venerit, in ea succedet. Si vero defecerit, applicabitur primo heredi, virtute juris accrescendi. Ita declarat Paul. in l. cum heres, §. qui ex parte de acq. hered.

13. Heres institutus sub conditione an possit ea pendente eam aliquo remedio consequi.

Item circa materiam nostram utiliter & necessario quæro, si heres universaliter institutus sub conditione possit interim, pendente conditione, aliquo juris remedio consequi, & habere hereditatem, ut si conditio existat, perpetuo remaneat apud eum: si vero deficiat, teneatur restituere venientibus ab intestato, vel substituto, vel ei, qui aliis de jure debet succedere: & certe articulus est notabilis, & quotidianus. In quo resolutivè dico, quod de jure civili nullum prodictum est remedium, quo succedere possit: nec est sibi quasi tum aliquid jus adeundi, vel repudiandi, cum pendente conditione hereditas non sit delata, text. est in l. si cui hereditas, ff. de acq. her. text. in l. sed etsi de sua §. i. eo rit. text. in l. delata ff. de verb. sig. facit text. in l. si ita scriptum sit, §. sub conditione, ff. de leg. 2. Tamen de jure prætorio, pendente conditione, poterit agnoscere bonorum possessionem secundum tabulas, per quam non consequetur jus, vel dominium hereditatis: sed tantum nudam & simplicem possessionem, & detentionem bonorum & administrationem eorum, & potest omnia exercere tanquam curator datus bonis, & purificata conditione, pleno jure habebit prædicta bona, ea autem defecta restituet venientibus ab intestato, vel substituto, vel ei, qui ex dispositione defuncti succedere debet; text. est singularis & quotidianus in l. 2. §. si sub conditione ff. de bon. poss. secund. tab. cujus verba sunt: Si sub conditione heres institutus filius sit, Julianus peraque putavit, secundum tabulas competere ei, quasi scripto bonorum possessori, qualicumque conditio sit, etiam si hac: si navis ex Asia venerit, & ibid hoc notat, & commendat Gloss. ordinaria Abb. & communiter Doctores antiqui text. in l. sub conditione, eod. titul. text. in l. si demum eod. rit. text. in l. si servus, eod. rit. text. in l. non tamen si sub ea ff. de contra tab. text. in l. si quis constituitur heres, ff. de her. inst. & ibi Gloss. ordinaria, Bart. Alber. Bald. Angel. Paul. Immol. & communiter DD. & licet prædicta jura videantur loqui in filio, vel alio descendente, qui ab intestato est successurus & in omnem eventum habere hereditatem & probabiliter ista conclusio possit sustentari: tamen vera & communis opinio & intelligentia est in contrarium, imò quod habeat locum, & procedat etiam in quolibet herede extraneo, institutio sub conditione; & in terminis ita probat text. in l. si servus, ff. de bon. poss. secundum tab. text. in d. l. si quis instituitur ff. de her. inst. & isto casu talis bonorum possessio secundum tabulas est hodie necessaria, cum de jure civili non competat aliquid remedium heredi instituto sub conditione, ita Bart. in d. l. 1. §. si sub conditione, ff. de bon. poss. secundum tab. 1. col. in princ. Rostred. in libellis suis in rub. de bono. poss. secundum tab. §. col. vers. quintus, est Gloss. ordinaria in l. fin. c. unde legitimi, in c. mag.

prope fin. vers. tertius, &c. & super ea communiter DD. Item etiam isto casu: in tali bonorum possessione secundum tabulas requiritur decretum judicis, & eadem solentia, quæ olim in ea discernenda requirebatur, nec in ea aliquid erit immutatum per text. in l. fin. c. qui admittit, quia ille textus loquitur in bonorum possessione juris, sed ista est facti, & habet vim curationis, & administrationis bonorum, in qua requiritur decretum, ut in toto titulo de curatore bonis dando, & illam doctrinam & conclusionem tenet Bald. & communiter DD. in l. si quis instituit ff. de hered. inst. idem Bald. in d. l. fin. c. qui admittit. 1. col. & ibi Paul. de Cast. & communiter DD. Neque obstat si dicatur, quod si ista provisio non videtur necessaria, nec utilis, cum isto casu talis heres possit dari per judicem curator bonis, etiam de jure civili, ut in l. 2. & per titulum ff. de curat. bonis dando, quia notabiliter respondeo, quod necessaria & utilis fuit ista provisio bonorum possessionis secundum tabulas, propter plura Primò quia per eam necessitatur Judex dare, & concedere curam, & administrationem bonorum ipsi heredi instituto sua conditione. In d. vero titul. de curat. bon. dando, non necessitatur Judex dare uni magis, quam alteri. Secundò quia curator bonis datus, virtute illius tituli, debet dari, consensu creditorum, vel majoris partis eorum, ut l. 3. eod. rit. in nostro vero casu, bonorum possessio secundum tabulam, & per consequens, cura & administratio bonorum debet dari sine consensu creditoris: imò etiam eis invitis. Tertio quia si amplum ius patrimonium, vel alia causa Judex potest constituere curatores, ut in l. 2. §. plures sed in nostro casu solus heres institutus sub conditione habebit prædictam bonorum possessionem secundum tabulam & curam & administrationem bonorum.

Item adde, quod si conditio postea adimpleatur & verificetur, non habebit heres necesse postea petere & agnoscere ordinariam & juridicam bonorum possessionem secundum tabulas: quæ est juris, & datur & competit hereditibus institutis, sed statim ipso jure, purificata conditione, fit verus heres, etiam ignorans efficitur dominus bonorum hereditatis, quia bonorum possessio facti quæ fuit agnita, & obtemperante pendente conditione, convertitur postea in bonorum possessionem juris: si vero heres institutus erat consanguineus proximior in gradu, qui aliàs erat successurus ab intestato, non habet necesse per bonorum possessionem juris, unde legitimi, vel unde cognati: sed illa bonorum possessio facta secundum tabulam quæ facta petita & agnita, pendente conditione convertitur in illam bonorum possessionem juris, quæ competit ab intestato: si vero erat filius institutus sub conditione, & in defectum ejus non exheredatus, vel non ritè, & cum causa exheredatus statim, competit ei contra tabulas, vel jus dicendi nullum. Si vero in defectum conditionis fuit ritè & cum causa exheredatus, ipse potest statim, si vult pendente conditione, agere remedio bonorum possessionis contra tabulas: si vero vult expectare eventum conditionis, & ea pendente, agnovit prædictam bonorum possessionem secundum tabulas facti, & defecerit conditio illa convertetur postea in bonorum possessionem contra tabulas juris: ut non teneatur filius intentare, sed causa ingratitudinis non probata, habebit bona, virtute bonorum possessionem contra tabulas, tanquam si illam intentaret, ita probatur mirabiliter in d. l. 1. §. si sub conditione, ff. de bon. poss. secund. tab. vers. & quamvis, cujus verba

14. Conditio ne implere statim habet etiam figuram jus efficiatur.

verba sunt: & quamvis defecerit conditio, tamen prator, quem filium amiserit secundum tabulas, zneri debet, ac si contra tabulas acceperit. Et in effectu per illum textum istam doctrinam & resolutionem ponit Bart. & Alber. in d. l. 2. §. si sub conditione ff. de bon. poss. secundum tabulas, Cuius in l. filius matrem, C. de inoffic. testam. & ibi notabiliter & melius quam alibi, Paul. de Castr. 1. col. num. 4. & ex illo text. in d. l. 2. §. sub conditione, ff. de bon. poss. secundum tab. juncta communi superiori intelligentia & declaratione infero singulariter, quod in dependentibus ab animo una dispositio bene convertitur in aliam & animus vel actus adhibitus in ea faciliter trahitur ad aliam, & ad hoc punctualiter illum text. notat & commendat Bald. in l. 1. in princ. C. de success. edic. & ibi Paul. de Castr. & communiter DD. Mader. in cujus confirmationem vide plura jura, quæ allegavi in materia juris accrescendi. Item adde, quod deficiente conditione, teneatur heres restituere hereditatem cum fructibus venientibus ab intestato, vel substituto vulgari ejus. Et tempore quo petit prædictam bonorum possessionem secundum tabulas curam & administrationem bonorum, debet offerre cautionem idoneam cum fidejussoribus de tali plena restitutione faciendi. Ita probat text. singularis in l. inter omnes in princ. ff. qui sat. cog. cujus verba sunt: inter omnes convenit, heredem sub conditione possidentem hereditatem, substituto cavere debere de hereditate, & ad hoc notat & commendat ibi Gloss. ordinaria Bart. Odo. Alb. Bald. Ang. Paul. Alex. & Jas. text. notabilis & expressus in l. Paulus ff. de præstipulat. cujus verba sunt: Paulus notat, qui sub conditione institutus est, agnita bonorum possessione cogitur substituto in idem cavere: & ad hoc notat, & commendat ibi Bart. Ang. Paul. Imol. & communiter DD. text. notatus in l. 1. ff. de bon. poss. infanti furioso competenti, ubi si quis instituit furiosum, & ei dedit substitutum vulgarem, curator furiosi non adest: potest substitutus interim petere bona, tanquam curator & administrator eorum, præsertim si substitutione de restituenda hereditate, si substitutus decedat, antequam sibi defecerat hereditas: & sic ante mortem furiosi. Et per prædicta jura istam sententiam & conclusionem tenet Paul. de Castr. in l. filius matr. C. de inoffic. 1. column. n. 4. Adde tamen, quod si prædictus heres decedat pendente conditione, non transmittit illam hereditatem ad heredes, modò agnoverit istam bonorum possessionem secundum tabulas, modò non, quia non tribuit aliquid jus inducendi, vel operandi transmissionem, ita notabiliter Bart. in l. is potest ff. de acquir. hered. §. c. 1. n. 12. & ibi communiter Doctores.

Heres deficiente conditione restituit hereditatem cum fructibus.

15. Dubium notabile.

Item adde, quod prædicta debent intelligi, quando unus, & idem heres, instituitur universaliter sub conditione in tota hereditate. Sed pulchrum dubium est quid si unus heres instituitur pure, alius vero instituitur sub conditione: an interim pendente conditione, heres pure institutus habeat totam hereditatem, vel tantum suam partem, & heres sub conditione institutus habeat reliquam partem, virtute bonorum possessionis secundum tabulas: in quo articulo reperiuntur variae sententiae, & opiniones. Prima est, quod heres pure institutus habeat interim pendente conditione, totam hereditatem: & si postea conditio extiterit, succedat heres institutus sub conditione in dimidia ejus: si vero defecerit tota hereditas remanebit penes heredem pure insti-

tutum: pro qua sententia & opinio primò facit l. idem est, vers. si mihi, ff. de usufr. accres. ubi dixit text. quod si duobus relinquatur usufructus, uni pure, & alteri sub conditione, interim totus fundus pertinet ei cui pure relictus est, & purificata conditione pertinebit dimidia pars alteri text. in l. sub conditione, vers. si unus ff. de assign. libert. ubi habetur, quod si pater assignavit uni ex filiis suis libertum suum pure, alteri vero sub conditione interim filius qui pure sit assignatus in solidum, debet habere libertum, & jus patronatus ejus, est text. notabilis in l. 1. sed quotiens, ff. ad Treb. ubi dicitur, quod si testator gravat heredem de restituenda hereditate, uni pure & alteri sub conditione, teneatur eam totam restituere fideicommissario pure vocatus: & si postea extiterit conditio consequatur alter fideicommissarius suam partem: & per prædicta fundamenta istam opinionem tenet Azo, quem refert Glossa ordinaria in d. l. 2. ff. si pars hered. per. in gloss. fin. Secunda opinio est, quod heres pure institutus, interim pendente conditione, suam partem tantum habeat: hoc est, dimidiam totam hereditatis, alius vero institutus sub conditione possit petere aliam partem, virtute prædictæ bonorum possessionis secundum tabulas, pro qua sententia & opinio primò facit text. in l. 3. ff. si pars hered. per. ubi habetur, quod si testator instituit plures heredes, vel eis ab intestato pertinet hereditas: & unum eorum adierit hereditatem, & alii nondum adierint, non potest ille, qui adierit majorem partem hereditatis petere, quam habiturus esset, si alii jam adierint, text. in leg. hac scriptura, ff. de condit. & demonstrat. ubi dixit text. quod si plures sunt heredes instituti: unus pure, alter sub conditione, & institutus pure adit, & postea deficit conditio, illa pars hereditatis conditionalis accrescit primo heredi pure instituto, qui jam adivit: ergo sentit textus, quod interim, pendente conditione, non pertinebat prædicto heredi pure instituto, facit etiam text. in l. plane, l. 1. §. si conjuncti, de leg. 1. text. in l. una, §. ubi autem, C. de caduc. tol. text. in l. ex part. ff. de solut. & per prædicta jura istam sententiam, & conclusionem tenebat Joan. Gloss. antiquus, in d. l. 2. ff. si pars hered. petat. & ibi Odofred. istam opinionem tenebat Pet. Raph. Cuman. Joan. de Imol. Alex. & Jas. in l. plane, §. si conjuncti, ff. de leg. 1. & ibi Bald. vers. sed si in pupillari, ejusdem legis, in finalibus verbis: & quod fortius est, dicit ibi Jas. pen. column. n. 12. quod ista est communis opinio; Dinus in l. si quis ita scripserit, Titius, ff. de hered. inst. & ibi Aretin. in l. si marito, §. per ff. solut. matrim. & ibi Bald. Cuman. per text. ibi in l. verbis civilibus, ff. de vulg. & pupil. Tertia opinio & concordia est, quod si testator conjunctim & simpliciter instituit prædictos heredes, scilicet unum pure, alium vero sub conditione tunc habeat locum prima opinio, quod heres pure institutus, interim, pendente conditione, habeat totam hereditatem: si vero eos instituat conjunctim & separatim, scilicet unum pure in dimidia, alterum vero sub conditione in alia dimidia, tunc procedat & habeat locum secunda opinio, quod heres pure institutus, interim habeat suam partem tantum: alius vero possit habere aliam in curam, & administrationem, vel dabitur alius curator bonis: cujus ratio est, quia primo casu uterque censetur heres in solidum, & conjunctus, saltem conjunctione reali. Unde merito institutus pure, statim post

Opin. 2.

Opin. 3.

test capere, & adire totam hereditatem, jure suo. Secundo vero casu, non censetur uterque in solidum institutus, neque conjunctus, sed disjunctus, saltem re, licet verbis dicatur conjunctus; unde merito interim non potest habere, nisi suam partem: & in expreso istam sententiam & conclusionem tenet Gloss. ordinaria in l. 2. si pars hereditatis per. in gloss. fin. & ibi Barr. Alb. Bald. Angel. & Paul. de Castr. idem Barr. melius quam alii in l. planus si conjunctim, ff. de legat. 1. 2. col. n. 2. Ang. Paul. & Imol. in l. si quis ita scripserit, Titius, ff. de heredit. institut. Bald. in l. extraneum de i. c. de heredit. institut. fin. col. & istam dicit magis communem opinionem Alex. in l. verbis cruciatibus, ff. de vulgar. & pupill. 2. col. num. 4. Adde tamen pro declaratione hujus communis opinionis, quod talis heres pure institutus & conjunctim, non habebit interim totam hereditatem tanquam heres, sed solum suam partem & aliam habebit tanquam curator & administrator bonorum: quod si semel esset heres, non posset postea desinere esse heres, ut in l. & si fin. s. sed quod Papinianus ff. de minor. & in l. ei qui solvendo, in fin. ff. de heredit. institut. & in l. 2. si fideicommissarius, ff. de heredit. institut. & si venerit conditio, alius directo succedet in sua parte. Si vero defecerit, habebit primas, & nihil decreset ab eo, sed fingitur quod semper fuerit heres, ita Barr. d. l. planus. §. si conjunctim, 2. col. n. 2. de leg. 1. & ibi Imol. in fine dicens, quod dato casu, quod opinio illius Gloss. sit vera, debet intelligi cum moderamine: Angel. in d. l. 2. ff. si pars hereditatis per. Sed ista opinio & declaratio Barr. est falsa, imò statim heres pure institutus, habebit totam hereditatem, tanquam verus heres universalis; & si conditio deficiat, eam retinebit per jus non decrecandis, & semper remanet heres. Si vero conditio verificetur, tunc licet semel à principio sit heres, tamen virtute retractivae fictionis, quae habet locum in institutionibus conditionalibus, ut in d. quod dicitur, ff. de testament. milit. & in l. si pupillus, ff. de condit. institut. fingitur, quod nunquam sit heres, & alius directo succedet: ita notabiliter tenet & respondet Alber. in dict. l. 2. ff. si pars hereditatis per. & ibi Bald. 2. lectura. Confirmatur etiam, quia regula quae habet quod ille qui semel est heres, amplius non potest desinere esse heres, debet intelligi de jure pratorio. Secus vero de jure civili, & ejus potestate, textus est notabilis juncta Gloss. in verbo forre, ff. de vulgar. & pupill. & ibi notat Bald. Imol. Paul. text. in l. ex factis, §. fin. eod. tit. text. in l. miles ita, ff. de milit. testam. & in l. certi juris, Cod. eod. tit. text. in authent. de heredit. & falsis, si quis autem non implens, juncta Gloss. & communis opinio eodem. 1. 1. & in authent. hoc ampl. Cod. de fideicommiss. textus notabilis & melior de jure in §. interdum. in fin. Instit. de heredit. quae ab intestat. deser. Advertendum tamen, quod hodie ista communis opinio & concordia videtur correcta in nostro jure, & approbatur secunda opinio superior, imò quod indistincte heres pure institutus non habeat totam hereditatem, sed tantum suam partem, disponit expresse notata parte, lex pupill. tit. 1. 4. 6. part. ex quo inferitur, quod alter heres sub conditione institutus, etiam in isto casu poterit petere, & agnoscere bonorum possessionem secundum tabulam per quam interim pendente conditione, consequatur curam, & administrationem bonorum tanquam si solus esset institutus: vel si hoc non faciat, illa pars

Conclu-  
sio.

hereditatis interim vacabit, & dabitur curator bonis, item quæro, si heres instituitur in re certa, an valeat institutio cujus sit effectus: & breviter & resolutivè dico, quod si talis heres sit institutus in re certa, nullo dato alio coherede universalis, detracta rei mentione, habetur ex juris dispositione, pro herede universalis. Si vero habeat coheredem generaliter, vel simpliciter institutum, talis institutus in re certa, habetur loco collegatarij, text. est capitalis & expressus in §. si ex fundo, ff. de heredit. institut. & ibi Gloss. ordinaria & communis opinio D. C. text. in l. quærites. C. de heredit. institut. & ibi etiam communis opinio: cujus ratio est, ne testator in primo casu, decedat pro parte testatus, & pro parte intestatus, quod singulariter intellige, quando talis institutio in re certa facta, titulo merè directo: ut institutio si heres, secus tamen est si fuerit facta verbo obliquo, vel communi, ut, capiat, accipiat, vel relinquat Titio talem rem: quia non convertitur talis institutio vel relictum in universalem institutionem, ita Barr. in l. centurio, ff. de vulg. & pupill. 5. col. & alii moderni. Idem Barr. in eadem l. 1. 10. col. hujus h ratio potest esse, ne detur concursus duarum specialitatum, quæ in jure nostro non admittuntur, ut in l. 1. C. de dotis promiss. nam hoc casu prima specialitas esset, quod verbum obliquum, vel commune efficeretur directum: secunda, quod assignatio facta in unica tantum re, extendatur ad universalem hereditatem, & recedamus à propriis verbis ipsius testatoris, & de hoc latius tractavi infra tit. 1. tom. cap. 10. num. 9.

ANOTATIONES.

**D**ispensatio. J Certum, indubitatumque apud interpretes videtur testamentorum jura vni omnem suam & robur, benignitate, gratia ac privilegio acrisse, & vindicasse, alioquin summo jure nullius ponderis ac momenti futura. Sic enim rectè momentis procedunt Paul. Castren. in l. in princ. ff. ad l. Falc. Abb. in rubr. de testam. Dec. in rubr. G. qui testament. facere poss. & in l. cum qui, num. 1. ff. de jurisdic. omni. judic. Guillem. in cap. Reynutus, vers. testamentum, in princ. num. 5. & num. 6. de testam. cum aliis notis in Thezaur. relatis, non tamen quicquam ad hanc rem conducit l. 1. C. de sacrosanct. Eccles. quoniam particularis insana testandi facultas ibi indulgetur, juxta veram & germanam interpretationem.

**I**ta est & Gl. sine. J Glossa hujus sententia vera, & rationi consentanea est, ut licet merito jure institutio omnium hominum subsistat, ac testamentum consequenter nullum non sit, tamen re & effectu irrita ac vana reddatur, quam sententiam ultra à Gomezio nostro laudatos, sequitur & confirmat Imol. in l. si filius qui parva, colom. 3. ad med. ff. de vulg. & pupill. Eguinar. Baro. & cæteri eruditè interpretes in eundem §. & numm, qua recentia opinio hereditatis juxta Vigl. ad eundem §. vel sicco adliocet vel potius inter pauperes distribuetur. Fundamenta autem, quæ nosse Gomezius commentatur, non multum urgent, nam & heredes satis discrete nominantur, & hereditas absque corpore, & re illa consistere intelligitur.

**Q**uanto limita. J Videto quæ in hanc rem distinctis literis mandavit Joan. Dilect. de artestandis tit. 4. cant. 36. Jul. Clar. de testament. quæst. 10. quos in recepta sententia Thezaur. cum aliis Gomezii locis allego.

**Q**uod tamen intellige. J Hæc veterum opinio, quæ in cæci testamentis ante omnia, heredes institui mentionem fieri desiderat, & crebris recepta est, & abique dubio futilis vanaque prolixo haberi debet, placitam quidem frequentius, aio, quia ultra Petr. Cyn. Barr. Ricar. à Malumb. Fulg. & Angel. quos nosse Gomezius in præsentia citat, in eandem opinionem collapsi sunt, Butrig. & Phil. Dec. num. 7. in illam l. hæc consultißima. & Barr. Carol. cant. 128. fallam vero & à jure alienam prolixo affirmo: quoniam nec olim testamentum cæci ideo peni-

Hæredis  
institui  
in re  
certa  
quid  
operetur.

us nullum futurum fuit, quia heredis institutio in illius principio enarata non preponeret, sed ea solum legata, vel fideicommissa, nimirum factura erant, quæ ipsam institutionem præceterent, quod etiam in alterius consilij, non cæci testamentum eveniret, erat enim solennis, & generalis illa regula est omnino intelligenda, juxta §. ante heredis, cum similibus, Instit. de legat. quæ cum merito à Justiniano generaliter sit abolita, atque antiquata, & in cæci testamentis non amplius necessario observatur, juxta elegantem ac veram subtilissimam Emanuelli à Costa interpretationem in l. Gallus, §. & quid si tantum pars. 3. num. 6. & seq. ff. de lib. & post. quin vera hæc, & juris principis apprime consentanea doctrina, posthac etiam securus in foro versari poterit, cum Baldo, Paul. Rom. Alex. Born. & Taf. quos nosse Gomezius laudat, ac mordicus defendit, placuit, & magno Specul. rit. de Infrum. edit. §. ut autem, ac Jalonius rursus consil. 26. lib. 5. & subtilissimo Emanuelli à Costa, ubi supra, maxime probatur.

**L** 10. & 11. tit. 3. 6. part. J Ex supradictis consequitur etiam, verissimas esse duas & communes sententias, quamvis alioquin multi contra delatantur, quarum altera est, quæ illam heredis institutionem valere affirmat, in qua non ipse testator heredem nominavit, aut scripsit, sed interrogatus à notario, vel quopiam alio num Titium heredem suum esse velit, respondit velle, aut aliter evidenter agnovit se velle, cum enim satis superque indubitabili signo heredis nomen demonstraverit, firma ac rata profecto talis institutio, ut dilectè etiam in terminis censuit Accurf. in l. jubemus, vers. quemadmodum. Cod. de testament. cujus sententiam merito attestant receptam Alexand. num. 9. Jul. num. 19. eandem legem, idem Alexand. consil. 12. num. 7. lib. 1. & consil. 47. num. etiam 7. lib. 2. & consil. 33. num. 1. & seq. lib. 3. & Joan. Dilect. de ar. test. tit. 4. consil. 2. num. 2. Cravet. consil. 17. num. 1. & qui complures laudant Didac. à Covarr. in e. cum ribi, num. 4. & §. de testam. Paul. Leon. viri juris utriusque consultißimus, ac mihi multis nominibus observandus in l. 1. §. si quis ita, num. 52. cum compluribus seq. ff. de verb. oblig. Julius Clar. in §. testamentum, quæst. 73. ac Ferdin. Valquez vol. 1. §. 33. num. 52. Altera porò communis opinio est, quæ hinc tota pendet, ac maxime constabatur, ut illa heredis institutio cum pimis consistat, in qua testator sic verba concepit proponitur, is mihi heres esto, quem in schedula, apud Sempronium existentem, expressi, de qua assument in terminis consulendi Paul. consil. 39. num. 13. lib. 3. Natta in authent. quod sine, num. 26. Cod. de testam. latissime idem Valquez ubi supra, num. 53. Julius Clarus quæst. 36.

**U**nde ultra Doctores. J Hæc resolutio nostri Gomezii procerbio verissima est, & juvat summopere ex ipsa l. jubemus, Cod. de testament. si verba illa perpendantur, ut sit manifestum secundum illius voluntatem, hereditatem ejus esse transmissam. Sed nihil privatim astat, cum eadem fuerit plerisque omnibus interpretibus mens eadem declarandi ratio, ut constat ex Alexand. num. 8. Jul. num. 5. & num. 11. Socin. num. 8. Alciat. 10. in l. 1. ff. de lib. & postum. Bald. Paul. Imol. Cuman. Aret. Alexand. & Dec. in l. hæc consultißima, Cod. qui testament. fac. post. eadem Bald. & Salic. in l. ult. Cod. de sentent. ex brev. reit. in cuius favorem apprime faciunt quæ supra proxime, verissimè ex receptis placitis, observavimus.

**I**tem quæro si heres. J Quicquid nosse Gomezius in præsentia, & infra cap. 10. num. 12. scribat: Tu brevi hanc quæstionem ex receptis sententiis sic finito: heres in re certa institutus, nullo adjuncto coherede, heres ex toto esse intelligitur, l. 1. §. si fundo, ff. de heredit. institut. videtur enim hujusmodi institutio modo vitiosa, atque adeo impossibili concepta, cum nemo partim testator, partim intestator, heredes nancisci queat, l. jus nostrum, cum vulgaribus, ff. de reg. juris, unde in testamenti gratiam, ac favorem, vitium illud, atque impossibilitas pro non scriptis habentur, & consequenter rei certæ menti o ex testamento circumducitur, ac deletur, juxta text. conjuncta elegantissimi Cosman. interpretatione, in l. 1. in verbis illis, vel alio modo, ff. de condit. institut. si tamen testator expressim hujusmodi heredem plus capere vetuerit, ne manifesta illius voluntas infringatur, vitium potius & impossibilitas testamentum evictum, quam gratiosa aliqua interpretatio manifestum testatoris animum, ac propositum convellat, opprimat, atque omnino proterat, & pessumdet contra titias, ac decantatissimas juris regulas, quod rectè censuit Barr. in l. quærites, §. si duo, ff. de heredit. institut. & in l. si quis prioris, in fin. ad Sentent. consil. Trebellianum, & in l. penult. num. 1. ff. de injuria, rapt. à quo stant prudenter Bald. & Paul. Cast. eisdem in locis, ac plerique alii omnes interpretes, ut attestatur Philip. Corn. in l. quærites, Ant. Gomezii Variarum Resol. Tom. I.

num. 37. Cod. de heredit. institut. Jul. consil. 8. col. 9. versio. de cimo stud. lib. 3. nosse Gomezius infra c. 10. num. 10., quamvis complures alii in contraria omnia dicentur quos hæc inter non multi faciendos arbitror, ac si universalis ad ungatur coheres, nec simpliciter heres, nec omnino legatarius, censetur is, de quo agimus, in re quapiam certa institutus, sed in specie utriusque communicante ponitur, quod etiam frequentius placuisse affirmat Curt. Jun. consil. 190. n. 3.

**C**ujus ratio potest esse. J Et si hæc sententia vera sit, ratio tamen à nostro Gomezio adducta ex l. 1. Cod. de dot. promiss. non posse duo specialia concurrere, futilis ac vana prolixo est, teritur vulgò ea regula à plerisque omnibus interpretibus, de qua Jul. in l. juris genium, §. si cum nullis, num. 6. ff. de pact. Alexand. in l. scientiam, num. 2. ff. de verb. oblig. Bald. Novell. in l. scientiam, num. 11. Fortun. Grat. in l. 2. num. 11. ff. de pact. atque alii alibi. Sed semper falsa, atque adeo absurda mihi videtur, cur enim duo plura ac specialia conjungi non poterunt, si rei favor merebitur, ac nullum impedimentum illi disulfacerit, deinceps probat contrarium efficaciter l. licet, §. 1. ff. de jur. dot. l. singularis, ff. si corr. per. adverterunt acutè Socin. num. 52. cum seq. Joan. Coraf. num. 96. in l. 1. §. solus, matrim. Duad. lib. 1. dispul. cap. 56. Coraf. in l. qui liberos, num. 178. ff. de ritu nupt. Ant. Constant. de dote, cap. 4. num. 7. cum seq. text. in illa l. 1. Cod. de dot. promiss. qui hujus erroris causa una ipsius fuit, longe aliter intelligi debet, ut & Doctores proxime laudati observant, quippe qui ut novissimi Costani interpretatio, tanquam minus probabilis, minus juri ac juris rationibus consentanea, silentio prætereatur, ut etiam illa Socin. declaratio, quam inducunt Duar. & Coraf. & apprime confirmat Hartenf. lib. 4. tit. 8. §. luo in rui. 2. ut non omnino certa rejiciatur, juxta ea quæ exponit Costanus, & tradunt Dec. num. 6. Curt. Jun. num. 12. in authent. præterea, Cod. unde vir. & usor. late Didac. à Covarr. in tract. de sponsal. 1. part. cap. 5. certe vel Joan. Crom. expofitio in d. l. n. 97. admitti potest ac debet, vel pro modico ac planius dicitur, quod in illius l. primæ speciei maritus non rectè agebat ad dotem sibi promissam, nec præstitam, cum magis utique prius agere deberet, ut boni viri arbitrio dos sibi constitueretur: quod ex Bald. doctrina eandem l. test. 1. versio. casus à fin. colligi potest, quam ob rem non Imperator absolute actionem marito negat, sed ex illa causa, quod dos fuerit sibi promissa, nec fuerit præstita, actionem illi hæc esse proponit.

ADDITIONES.

SUMMARIUM.

- 1 Doctores qui materiam explicant remissive,
- 2 Testatoris voluntas valet, licet collata in tempus, quo non est futurus Dominus.
- 3 Hereditatis additione acquiritur dominium non possessio, & ibi limitatur.
- 4 Monacho hereditas relicta non acquiratur monasterio sine additione.
- 5 In contractibus requiritur traditio ad acquisitionem dominij.
- 6 Institutio omnium hominum de mundo, an valeat.
- 7 Heredes vocari collectivo modo qualiter succedant cum vocato per se: ubi etiam limitatur.
- 8 Heredis institutio in qua parte testamenti sit ponenda.
- 9 Dicitur resolutio an procedat in testamento cæci.
- 10 Heres institui potest signo indubitabili.
- 11 De institutione in privata schedula facta.
- 12 De institutione facta nudi, vel ad interrogationem alterius.
- 13 Nominis expressio si requiratur pro forma, an sufficiat impleri per acquipollens.
- 14 Heres an possit institui ex certo die, vel ad certum diem,